Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36545
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



117

dicit. Qui uidet mulierem ad cupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Aliquid et publicum Iob dicit. Pepigi fedus cum oculis meis ut ne cogitarem de uirgine. Nisi enim auctor noster uanitas cogitationum nostrarum displicet. Nequaquam ps. dicet Auferte malum cogitationum uestrarum ab oculis meis in euangelio phariseis dicit quid cogitatis mala in cordibus uestris.

Appetitus scilicet puritas dicit

Quid pulchrius uenustius quidue delectabilius esse potest quam in puritate uita transit. Quam mirabile celi camera in aere iocundo in lumine solis in augmento lune atque defectu in uarietate stellarum et cursu quam oblectabile terra et nemorum floribus et in fructuum suauitatibus. Inuitatur riuorum quoque amenitatibus in siluarum umbris et planis pratis in equorum et canum risibus et ciuorum et capreorum saltibus in aspectu uolatilium in pauonum columbarum turturum quoque pennis et colis in domorum pictis muris et laqueatis organorum omnemque musicorum tynnulentibus mulierum uenustis aspectibus eorumque superciliis et in uiuis oculis et genis et gutture et labiis nasu et mamillis atque extremis adhibitis auro et argento et gemmis distinctis monilibus et siquid aliud amoenum colit sensus. Amor proprie uendit.

Ista te delectant que subcelo sunt. tunc non